

9

Ἡ κοινότης τῶν εὐγενῶν τιμαριούχων Κρήτης ἀναφέρει εἰς τὸν Δόγην, ὅτι κατὰ τὴν Δουκειάν Ἑρμο-
λάου Γιούστου (1293-1294) τὸ τοπικὸν συμβούλιον τῶν παρακλήτων ἀπεφάσισε τὴν ἐγκατάλειψιν
τῶν χωρίων τῶν κειμένων ἐπὶ τῆς ἀνατολικῆς ἄκρας τῆς νήσου, ἐν Risa de Laxito, ὅπερ ἐπέ-
φερε τὴν ἀπειλὴν τῶν Ἑλλήνων κατοίκων νὰ ἐπαναστατήσωσι, οἱ δὲ κτηματῖαι ζημιωθέντες ἐκ
τῆς ἀποφάσεως ταύτης δὲν ἠδυνήθησαν νὰ ἀποζημιωθῶσι. Τούναντίον ὁ Νικόλαος Κορνάρος
υἱὸς τοῦ Ἀνδρέου τοῦ λεγομένου Κορναρόλου κατώρθωσε νὰ σταλῶσι διαταγαὶ ἐκ Βενετίας πρὸς
τὸν Δοῦκα Μπελέττον Ἰουστινιάνην (1306-1308), περὶ ἀποζημιώσεως αὐτοῦ διὰ τὴν καταστροφὴν
τοῦ χωρίου του Λομπάρου, παρὰ τὴν ἀπόφασιν τοῦ Μείζονος Συμβουλίου τῆς νήσου ὅτι δὲν
ὑπῆρχε λόγος ἀποζημιώσεως. Ἐξακολουθεῖ ἡ ἀναφορὰ. Ἐπὶ τῆς δουκειᾶς Μάρκου Δανδόλου
(1263-1265) ἐδόθησαν πλεῖστα τιμάρια, ἀπηλευθερώθησαν πολλοὶ δουλοπάροικοι, παρεχωρήθησαν
πολλὰ χωρία πρὸς ζημίαν τοῦ κράτους. Ἐπὶ τῆς δουκειᾶς Ἀνδρέου Ζένου (1265-1269) διετάχθη-
σαν οἱ λατῖνοι, οἱ ἀπελεύθεροι, οἱ βασιμῶλοι καὶ οἱ δουλοπάροικοι οἱ μὴ ὑπαγόμενοι εἰς τιμάρια,
κατοικοῦντες τὴν ἀνατολικὴν ἄκραν τῆς νήσου νὰ μετοικήσωσιν εἰς τὸ κέντρον, ἐπὶ προφανεῖ
ζημίᾳ τῶν κυρίων τῆς ἄκρας ταύτης. Ἐπὶ τῆς δουκειᾶς Μαρίνου Γραδονίκου (1282-1285), ὅτε
οἱ Χορτάτζαι ἀπεδήμησαν τῆς νήσου, πολλοὶ δουλοπάροικοι ἠκολούθησαν αὐτούς, ἄλλοι ἀπηλευ-
θερώθησαν καὶ πολλὰ μέρη ἠρημώθησαν. Ἐπίσης κατὰ τὴν αὐτὴν δουκειάν ἠρημώθησαν τὸ
Ἄνω καὶ Κάτω Συβριτό, ἡ Ἄρνα καὶ ἄλλα μέρη, πρὸς μεγάλην ζημίαν τῶν κυρίων, καὶ τοῦτο
ἐγένετο ὑπὸ τῆς κυριαρχίας καὶ τῶν πιστῶν αὐτῇ Συμβουλίων πρὸς τὸ συμφέρον τῆς
νήσου. Κατὰ τὸν χρόνον τῆς δουκειᾶς Ἀλβερτίνου Μοροζίνη (1290-1293), ὅτε καὶ ὁ πόλεμος τοῦ
Ἀλεξίου Καλλέργη, ἠρημώθησαν ἄλλα μέρη τῆς ἀνατολικῆς ἄκρας, ἠλαττώθη ἡ κεφαλικὴ φορο-
λογία τῶν δουλοπαροίκων τοῦ κέντρου καὶ τοῦ ἀνατολικοῦ ἄκρου τῆς νήσου καὶ πολλοὶ ἀπηλευ-
θερώθησαν. Ἐπὶ τῆς δουκειᾶς Ἀνδρέου Δανδόλου (1294-1298) ἀπηγορεύθη εἰς τοὺς τιμαριούχους
νὰ συντηρῶσι ζῶα, νὰ καλλιεργῶσιν ὑπὲρ αὐτῶν τὰς γαίας τοῦ ἀνατολικοῦ ἄκρου τῆς νήσου καὶ
ἀπηλευθερώθησαν πολλοὶ δουλοπάροικοι. Ἐπὶ τῆς δουκειᾶς Γουῖδωνος Ντὰ Κανάλ (1303-1306)
ἔνεκα τοῦ σεισμοῦ ἠλαττώθη ὁ κεφαλικὸς φόρος τῶν δουλοπαροίκων τοῦ κέντρου καὶ τῆς δυτι-
κῆς ἄκρας, οἵτινες προσέτι περιώρισαν τὰς συνεισφορὰς των εἰς καρποὺς καὶ οἶνον. Πάντα ταῦτα
ἀπεφασίσθησαν ἐν συνεννοήσει μετὰ τῶν τιμαριούχων διὰ τὴν σωτηρίαν τῆς νήσου μετὰ μεγάλης
ζημίας των, εἰς τρόπον ὥστε, ἐὰν ἤθελον εἰσακουσθῇ αἱ ἀπαιτήσεις τοῦ Κορνάρου καὶ ἄλλων
ἤθελον καταστραφῇ. Προσθέτουσι τέλος ὅτι οἱ κύριοι τῆς Risa de Laxito συνήνεσαν, ἐν συμ-
βουλίᾳ εἰς τὴν κατεδάφισιν καὶ παρακαλοῦσι τὸν Δόγην, ὅπως μὴ ἐξαναγκάσῃ αὐτοὺς εἰς ἀδί-
κους ἀποζημιώσεις. 1307.

Commemoriali Libro I. Fol. 108^{to}.

Regesti dei Commemoriali Vol. I. pag. 82. N° 349.

Millesimo trecentesimo VII.

Illustri et Excellentissimo Domino eorum Domino Petro Gradonico Dei Gratia
Veneciarum, Dalmatie atque Chroacie inclito duci et dominatori quarte partis et
dimidie totius imperij Romanie. Uniuersitas suorum fidelium millitum Creten-
sium reuerencie et debite fidelitatis obsequium. Excellencie uestre tenore presen-
cium facimus manifestum quia cum tempore nobilis uiri Hermolai Iusto de vestro
mandato ducis Cretensi esset capud Insule uestre Cretensis in pace silicet capud

1

5



- leuantis. Dominacio supradicta et alij nobiles fideles uestri qui uigilabant et uigilant ad conseruacionem et bonum statum insule uestre Cretensis, conuocato et
- 10 congregato per dominacionem consilium Rogatorum qui pluries simul fuerunt causa disabitandi Casalia Rise de Laxito capitis leuantis per conseruacionem dicti capitis et pro bono statu tocus insule, quod capud est iura omnium uestrorum fidellium in Cretensi insula comorancium et quia Greci dicti capitis leuantis rebel-
- 15 lare uolebant sicut dominationi extitit manifestum; captum fuit per dominacionem et maiorem partem Consilij Rogatorum disabitandi predicta Casalia Rixe de Laxito, qua disabitata fuerunt, propter quam disabitationem nulla obligatio restau-
- 20 uri alicui nec per dominationem nec per fideles uestros facta fuit, sicut in simili casu nunquam actum fuit pro insule prefate aptatione. Nobilis uir dominus Andreas Cornario Cornarolo cum esset Venecijs coram excellencia uestra unam
- 25 petitionem porrexit continentem quia per dominacionem Cretensem et consilium Rogatorum disabitatum fuerat suum casale de Lombaro, quod bene fuerat disabitatum per supradictum consilium propter quod ab excellencia uestra litteram impetrauit destinatam domino Guidone de Canale olim de mandato uestro duce Cretensi continentem quod dicto domino Andree Cornario faceret illud quod sibi
- 30 iustum uideretur. Qui dominus ducha conuocato et congregato consilio Rogatorum et prefata littera coram eis lecta scire uoluit petitionem dicti domini Andree ac deffensionem uestrorum fidelium quibus ipse petebat. Intellecta uero petitione dicti domini Andree et uestrorum fidellium deffensione nollens aliquem proces-
- 35 sum facere super hoc supersedidit tempore suo inposterum sicut patet Nicolaus Cornarius filius dicti domini Andree Cornario cum csset Venecijs impetrauit unam aliam litteram ab Excellencia uestra missam domino Belleto Iustiniano de uestro mandato ad presens duce cretensi et suo consilio continentem quod ipsi uidere et examinare deberent disabitationis causam casalis Lombaro dicti domini Andree Cornario et facerent dicto domino Andree illud quod eis iustum uidere-
- 40 tur, dictus dominus ducha congregato et conuocato pluries Magno Consilio et lecta predicta littera in nostro Magno Consilio patebat a nobis fidelibus uestris quod dare deberemus dicto domino Andree responsiones que coram ipso respondere deberent pro militum uniuersitate, ad petitionem dicti domini Andree; ad quam petitionem fideles uestri in dictis Consilijs responderunt quia nullatenus dicto domino Andree responsores dare uolebant tanquam homines qui uero erant sui debitores. Hac de causa quia hoc erat ordinatum et factum per Dominacionem et consilium Rogatorum et quod per ipsum consilium minime reperitur ut eidem domino Andree nec alijs aliquod restaurum fieri deberet pro aptatione insule memorate, nec eciam per alia consilia similia que multa fuerunt non inue-

nimus, ad hoc ut occurencia uestre Cretensi insule temporibus retroactis nunc 45
 celsitudini clarius inotescant notum facimus, quia tempore nobilis uiri domini
 Marci Danduli duche per dominacionem et uestrorum fidelium consilium pro
 bono statu insule nostre plures milicie date fuerunt, plures uillani franchi facti
 fuerunt et casalia communis similiter data fuerunt pro quibus domini dictarum
 miliciarum, uillanorum ac uestrum commune dampnum magnum receperunt. Simi- 50
 liter tempore domini Andree Zeno duche Cretensi ordinatum et factum fuit per
 Dominacionem nostrorum fidelium consilium quod omnes latini, uasmuli, franchi,
 forinseci et uillani non pertinentes feudis habitantes in capite Leuantis deberent
 uenire ad habitandum in medio, ubi per Dominacionem et uestrorum fidelium
 consilium exerceat ordinare Communi dominium. In quibus feudis et locis dicti ho- 55
 mines morabantur dampnum magnum receperunt. Similiter tempore domini mag-
 nifici Marini Gradonico duce Cretensi, quando Chortacij recesserunt de insula pro
 bono statu insule iuuerunt ipsis plures uillani militum et plures franchi facti
 fuerunt. Unde domini dictorum uillanorum magnum dampnum receperunt. Item
 tempore dicti magnifici domini Marini Gradonico disabitata fuerunt de femine 60
 hec loca Pano Siuritò, Catosuirito, Arna et alia loca. Unde domini dictorum loco-
 rum dampnum magnum receperunt et hoc factum fuit per Dominationem et uest-
 rorum fidellium consilium pro bono statu dicte insule uestre. Similiter magnifici
 domini Albertini Mauroceno tempore duce Cretensis propter guerram Alexij Kal-
 lergij per dominacionem et nostrorum fidellium consilium, in capite Ponentis 65
 disabitata fuerunt multa loca uestrorum fidellium pro bono statu insule uestre.
 Unde pluries nostri fideles magnum dampnum receperunt. Item magnifici domini
 Albertini Mauroceni tempore per dominacionem et nostrorum fidellium consilium
 pro bono statu dicte insule uestre, dimissum fuit ex suis dacijs omnibus uillanis
 de medio et de capite leuantis yperperum unum pro quolibet et fieri fecit mul- 70
 tos uillanos uestrorum fidellium franchos; unde domini eorum dampnum mag-
 num receperunt. Similiter domini Andree Dandulo tempore duce Cretensi per
 dominacionem et uestrorum fidellium consilium factum et ordinatum fuit pro
 bono statu dicte insule quod nullus feudatus esset aussus in capite Leuantis te-
 nere animalia nec per se terras facere laborare et fecit multos franchos uillanos 75
 certorum fidellium nostrorum; unde domini eorum receperunt magnum damp-
 num. Similiter tempore domini Vitalis Michaelis duce Cretensi et consilium uestro-
 rum fidellium data et concessa fuerunt hic pro bono statu dicte insule uestre
 plures milicie feudatorum, plures episcopatus, multa casalia et terre communis,
 uillani multi franchi facti fuerunt. Unde domini predictorum dampnum magnum 80
 receperunt. Similiter tempore domini Guidonis de Canali de mandato uestro olim

- duce cretensis, terremotus causa, per dominacionem et consilium nostrorum fidelium pro bono statu predictae Insule uestre dimissum fuit omnibus grecis uillanis de medio yperperum unum et dimidium pro quolibet et omnibus de capite
- 85 Ponentis et medietatem suorum daciorum. Et eciam predicti de capite Ponentis dare consueuerant medietatem fructuum suarum uinearum et arborum dominis suis et ad presens non dant nec eciam partem, unde dictum eorum magnum dampnum receperunt et alia multa et similia que occurrent temporibus elapsis que minus essent longa uestre Celsitudini per ordinem enarrare. Et si dominus
- 90 Andreas Cornario et alij sui similles rationem haberent quod certi sumus quia non habent secundum consuetudinem occursam temporibus retroactis significamus Excellencie Uestre quod tota nostra Insula cum toto suo mobile non possit satisfacere dampnis occursis de negocijs consimilibus. Notificantes Celsitudini Uestre quod domini dictorum casalium Rise de Laxito fuerunt presentes etiam
- 95 consilium, quando captum fuit per consilium disabitandi dicta casalia Rise de Laxito et consentissent consilio prelibato, unde hec omnia ordinate uestre Excellencie tanquam domino nostro ducimus humiliter declaranda. Supplicantes quatenus super hoc taliter dignemini prouide ut tales questiones contra eius nobis non fiant. Ad hoc ut insula uestra Cretensis remaneat in bono statu et quod non
- 100 simus constricti ad ea que de jure non debemus constringi.

10

Ὁ Ἰωάννης Φραδέλλος, Λεονάρδος Γραδόνικος, Πέτρος Βοργονιανὸς καὶ Μάρκος Κορνάρους ἀναφερόμενοι εἰς τὰ διατασσόμενα ἐν τῷ προηγουμένῳ ἐγγράφῳ ὡς πρὸς τὸν Ἀνδρέαν καὶ Νικόλαον Κορνάρους ζητοῦσι νὰ ἀποζημιωθῶσι διὰ τὴν καταστροφὴν τῶν χωρίων τῶν ἐν Risa de Laxito καὶ ἐν συμβουλίῳ νὰ καταστήσωσι γνωστὰς τὰς ἀπαιτήσεις τῆς κοινότητος τῶν τιμαριούχων, αἱ ὁποῖαι ἐκτίθενται ἐν τῷ προηγουμένῳ ἐγγράφῳ. 1307.

Commemoriali Libro F^o 108^{to}.

Regesti dei Commemoriali Vol. I. pag. 82. N^o 350.

- 1 Millesimo trecentesimo VII.
- Excellentissimo domino eorum domino P. Gradonico Veneciarum, Dalmacie atque Chroacie inclito duci, domino quarte partis et dimidie totius Imperij Romanie. Johannes Fradello, Leonardus Gradonico, Petrus Burgognono et Marcus
- 5 Cornario cum omni reuerencia et subiectione se ipsos per celsitudinem Uestram Vestraque consilia quadam petitione porrecta pro parte uiri nobilis Andree Cornario fuerunt preceptore littere destinate; uidelicet super eo quod idem nobilis Andreas predictus dicebat de suo casali Lombaro quod supra disabitatum fuerat, quando suum maximum detrimentum prouidere deberet antedictus dominus

